dicaris inferior. Qvo ipſo eò majorem conſeqveris laudem, qvod & Reſpondentem nobis offers, ad easdem Tecum gloriæ adoreas, indefeſſo ſtudio conſeqvendas, non minore induſtriâ qvam pietate graſſantem. Is hunc impetum, verè Chriſtianum & laudabilem, è Paterno ſangvine hauſit. Qvis enim WASMUTHI in variis literarum palæſtris merita, (utinam longiore vitâ coronata!) ignorat? Macte igitur Veſtrâ hac virtute, cujus fructum aliqvando uberrimo proventu colligetis. Tu verò, HALTERMANNE, in patriæ Tuæ ſpem & Eccleſiæ ſalutem qvotide magis magisqve evaleſce, ut illa à Te brevi ornetur ædificeturqve. Qvod ut fiat, ſupremum Numen ardentiſſimis precibus imploro. Scr. in muſæo, d. XXII. Septembr. MDCCI.

JO. FECHT. D. P. P.
Conſiſt. Duc. Aſſeſſ. & Diſtr.
Roſtoch. Superintendens.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn338650121/4
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG